



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.  
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ  
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.  
Prædicatorum**

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.**

§.7. Excellentiam commendat populi Christiani habere Deum in hoc SS.  
Sacramento ita sibi vicinum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

di . imo potius illum habendi nobiscum tanto securius.

XI. Explicatur hic locus de SS. Sacramento. Eccl. 15. 3.

Ita nobis hoc affirmat Spiritus S. quando locutus de certitudine qua laborandum nobis est ut Deū nobiscum habeamus absque formidine descendendi, sic ait: *Gūbabit illum pane vite & in intellectu & aqua sapientia potabit illum.* Electis suis Deus cibum porrigit sed panem cælestem, qui vitam largitur & intellectum quoad declarationem mysteriorum fidei: & quid inde boni? Et firmabitur in illo, & non flebitur, & continebit illum: firmabitur in Deo: etenim tenebit illum, Divinum hunc panem manducando, sic ut in eius possessione nihil habeat quo cogatur illi tergum vertere: nam illum habens ut luum, difficile admodū illi erit ab eo se distingere: panē illi vite ministrabit, qui vitam mundo largitur, eumque in illa conservat: *Panis qui dat vitam mundo.* Est similiter panis intellectus, quia nostrum illuminat, ut in eo Deum cognoscamus & lumine fidei eum reuelemus, qui nobis in hoc hanc proponit veritatem: Hoc igitur si in Pane illo mystico consequamur, quid nos potest a Deo separare? Nihil omnino: *Firmabitur in illo & non flebitur.* S. quippe Communionem iustus fortis ita redditur ut fortissimorum inimicorum vires eludat, ut ab illo quod preterdunt haudquaquam allequantur: *Panis cor hominis confirmet.* Panis est cor animique corroborans, ut taliter se in vniōe Dei conferuet, ut nihil sit quod eum possit ab eo separare.

Item 6. 33

Ps. 103. 16

Mat. 24

Ad. 2. 42.

Eccl. 15. 3

Hoc intellexi a Spiritu S. nam explicans discipulorum Christi fortitudinem, qua maximæ mundi potentie ita resistebant, ut potentissimi eius Monarchæ ab eis impetrare non poterint a Deo quoad fidem defectionem, pro qua tormentis subiacebant: hanc Divino huic Pani adscribit. *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum, & fractione Panis.* Ex hac igitur illis emanabat perseverantia, constantia, & fortitudo in vniōe cum Deo ut nihil possit ab eo illos amovere. Et alio quoque loco idem Spiritus S. affirmat: *Reborabitur tristis, & non flebitur:* quod sic explicat D. Bernardus: *Continebit carnis inordinatos motus:* siquidem ex carne procedat facilitas in nobis nos a Deo elongandi: SS. tamen Sacramento motus hi sic reprimuntur, ut hæc facilitas superet, atque in summam converatur fortitudinem ut nihil ab eo nos possit elongare: *Et solis consensum in magnis & sensum in minoribus.* Altissimas nobis infundet cogitationes, in rebus arduis & grandioribus nos faciles efficiet, ut res

Discipulorum Christi fortitudo

ex SS. Sacramento.

Ad. 2. 42.

Eccl. 15. 3

XIII. Et alij quoque effectus.

minima & nullius momenti nos requeant ab actibus repellant insignioribus: ut probant D. Ambro. D. Basil. & Cyprian. de SS. Martyribus: etenim illos adeo conglames firmos totque in confessione fidei reboravit & in vniōe cum Deo solidavit fortitudo ex S. Communionem: in illa namque Deum semper habebat comitem, cuius præsentia in eis firmavit amicitia.

§. 7. Excellentiam commendat populo Christiani habere Deum in hoc SS. Sacramento ita sibi vicinum.

Familix alicuius generationis, seu populi nobilitas & eminentia originem suam a nobilitate prædecessorum: ut autem illam primorum parentum cognoscereamus, populi fundatorum, Iudei hæc de se extulerunt opinionem quod populus essent præcipuus, nobilitatis: *Gloriantur se vniōem habere Abrahamæ:* si hanc parentum eorum sententiam progerent, a Deo ipsis collitam iuvenimus, dum ipsi maxime sibi familiares excepti, quia erant illi viciniore. Probat D. Chrysolom. eorum que Deus illustriusnam promittit dignitatem & stema, sit illud quo se ipsum promittit, dum proximus est illique quasi lateralis cui fauet. Vniōem hanc populi sui fundet in primo eorum parente Abraham nobilitatem, aliud nihil promittit, quo tantum illum euexit, & progeniem eius reddidit illustrem omneque posteror. Opprobriatus ex prælio victor redit Abraham: congratulati ei Deus & laboris promittit mercedem, cum nullam a Rege Sodomorum accipere contempsisset, licet magnam illi offerret. præter votum Deum apparet & ait: *Noli timere Abraham: ecce age eharissime, mercedem tibi consentiam omnimode magnam, alijque non conferentiam, quia stema tuū euadat illustrius. Noli timere: ecce Domine: Domine Deus quid labori mihi? Hoc ego queris: Ego protector, tuus: Emeret tua magna nimis. Me ipsum tibi offero ut tuum, & tuum futurus adeo proximus & collateralis, ut me protectorem habeas & præmium. An hoc tibi sufficit: an plures quid postulas quod tibi dære posses? Nec quidem imaginari posses aut desiderare bonum quod hoc non comprehendat expende cum D. Chrysol. præuocem Ego. Qui hic? Vita æterna inuisibilis formodo, salus integra, operis infuita, sine termino requies, bonum, etc.*



omne bonum comprehendens vt vetius quam  
altera dixerit: *In te vno omnia simul habebamus.*  
Prima igitur nobilitas & populi Iudaici prerogatiua fundata in nobilitate primi sui patris ac  
fundatoris, de qua omnis illa processit qua post-  
modum illustres existerunt, omnis inquam illa  
in eo consistebat quod Deum sibi haberet vici-  
num & protectorem protoplastus eorum Abra-  
ham: hinc ad nepotes eius defluxit, & eodem  
plane favore illam, quam habuerunt, Deus con-  
firmavit, iuxta illud quod filio eius Isaac Pa-  
triarca contigit.

Morabatur Vir iste sanctus in terra Geratis  
quo Deo precipiente profectus fuerat: multum  
hic affligitur, etenim totum mundum sibi pati-  
tur aduersarium: consolatur illum Deus & ro-  
borat, de nocte quippe apparens illi ait: *Ego sum  
Deus Abraham Patris tui; noli timere quia ego te-  
cum sum.* Animus quior esto amice confortare &  
esto robustus: fide namque diuina tibi polliceor,  
adeo tibi vicinus ero, tibi subuenturus vt latus  
tuum sibi clausurus: vade nil tibi timendum.  
Ego, verbum hoc supernam denotat auctorita-  
tem: hinc collige quanta illum Deus dignitate  
nobilitatis dum tantum illi fauet, vt robur illi  
superaddat seque statuat collateralonem.

Nobilitatem igitur attende qua primas ille  
gauderet qui impensis seruitio Regis opibus suis,  
licet adeo difficili & arduo vt ad extremas indo-  
metas deduceretur sedendis foro: Rex autem vt  
vniuersi illi inderet vires ipse lateralis illi congre-  
deretur, diceretque: *sume animos, ecce tecum e-  
go sum, ego sum Princeps auctoritatis &  
Regni Dominus adsum tibi vicinus te defen-  
surus: indubie fauor hic Regius in magnam op-  
timam illius cederet nobilitate: quandoquidem  
Rex, persona cum sit prima fulgens auctoritate,  
illum quasi sibi extulisset aequalem, latiusque eius  
circumferretur protektoribus. Ego, ita Deus Isaac,  
ego, quis tu Domine? Vita, quid mortem times?  
Salus quid formidas infirmitatem? Fortitudo, au-  
te morae perterreant? Iubila in signum nobilitatis  
quae te sequetur dum Deum vt tuum habueris,  
quod postmodum filius eius Dauid, quasi de il-  
la se in canticis cantu celebravit. *Dominus illumina-  
tio mea & salus mea quem timebo? Dominus prota-  
ctor vita tua, a quo respiciabo.* En qualis illum se-  
quatur progenies: ita namque se Deus socium  
praestitit Isaac laterique eius comitem, vt hoc &  
hostes eius aduerterint: vnde despondentes ani-  
mo concilium cogunt aique: frustra virum  
huic impugnamus, aestiorem enim laetius:*

Deum quippe secum habet, omnesque adunati  
adierunt illum seque cernuos pedibus eius pro-  
strauerunt, amiciciae foederata promittentes atque  
ex illa libellum illi sup, licem offerentes: muta-  
tionem hanc non parum admiratur Isaac & per-  
cundatur quid hoc noui? Vide haec omnia?  
*Quid venisti ad me hominem quem odisti? & ve-  
nisti a vobis? Vnanimis respondeat: ne mire-  
ris Domine, animum armaque proticimus: Vidi-  
mus tecum esse Dominum. Tecum Deum habes  
nullum tibi potest obesse incommodum.*

Isdem verbis, inquit D. Chrysolto. Deus Is-  
cob solatur, & sicut parentum ad filios eorum  
transfert nobilitatem fauoribus quos ipsi ver-  
bis illis exposuit. Paternis excelsis latibus Iscob  
primae lanuginis adolescens, tenellus delicijis  
assuetus vt diximus, lacte educatus amygdalo-  
rum & paucis expletis in itinere diebus deserta  
petit, in quibus se societate dolet fraudati ami-  
corum, tenebrositate & maternis abstracti vbe-  
ribus, dulcissima patris priuatum praesentia, loco  
prostratum inuio velut animo deiectum inopem  
consilij, nunc hac nunc illac lumina torquen-  
tem, si forte quempiam inueniret ad quem se  
molestus iuuandum reciperet: his igitur oppres-  
sum angustijs nox apprehendit inter spinas &  
tubos alium non inueniens ad quem confugo-  
ret, quam lapides circumiacentes, & cum non  
reperiret terrae stratum vllum mollius nec pul-  
uinar petra blandius, non parum anxiat: vt  
autem omnem ab animo mororem expelleret;  
nec grauiorem ex noctis tenebris contraheret  
tristitiam hoc deserto conclusus, ad quietem se  
componit: iam vix somnum ceperat, & ecce  
Deus in summitate caelestis illi mystice innixus,  
Diuini solatur eum blandimentis: *Ego sum Deus*

*Abraham & Deus Isaac Patris tui, & nunc tecum  
sum custodicens te in hoc itinere vbiicumque profi-  
cisceris. Ita legit D. Chrysol. quod nostra vulga-  
ta compendiosius. Ne fili mi credideris te solum  
hoc in itinere peregrinari, comitem habes indi-  
uiduum, qui te possit defendere, omnem auferre  
metum, omnesque tuos fugare aduersarios, vt  
nec vnus sit qui tibi vel hilum auferat vesti-  
menti. Quis ille Domine? Ego ipse qui tecum  
sum tibi que vicinus: his itaque singularibus pri-  
uilegijs Deus populi sui in eius progenitoribus  
fundauit nobilitatem, vt ita ab omnibus nosce-  
retur.*

Transimus ad Moysen, illumque Deus popu-  
li sui ducem extollit: vt autem tali primotura tur quo-  
parentum non deficeret stemma nobilitatis, illum que in  
iam Moysen.

VI.  
Similiter  
& in Is-  
cob.

Gen. 28.

VII.

N

16.  
17.  
18.  
19.  
20.  
21.  
22.  
23.  
24.  
25.  
26.  
27.  
28.  
29.  
30.  
31.  
32.  
33.  
34.  
35.  
36.  
37.  
38.  
39.  
40.  
41.  
42.  
43.  
44.  
45.  
46.  
47.  
48.  
49.  
50.  
51.  
52.  
53.  
54.  
55.  
56.  
57.  
58.  
59.  
60.  
61.  
62.  
63.  
64.  
65.  
66.  
67.  
68.  
69.  
70.  
71.  
72.  
73.  
74.  
75.  
76.  
77.  
78.  
79.  
80.  
81.  
82.  
83.  
84.  
85.  
86.  
87.  
88.  
89.  
90.  
91.  
92.  
93.  
94.  
95.  
96.  
97.  
98.  
99.  
100.



iam missurus ad Pharaonem, ut dux populum de Agypto educeret, ceteris Moysen viribus suis diffidentem, multaque Pharaonis obijcientem, in quibus ab ipso multum superabatur, quodque operis magnitudo potentiam suam excederet adeo limitatam & arctatam, ac quadam foecordia motus se Dominum excusaret: *Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Agypto?* Respondet his Dominus, utque calcar illi adderet, favorem illi exponit quo dignatus erat ceteros populi sui, velut principum, quo firmiter eius fundavit nobilitatem, unde eum consolatus ait: *Ego ero tecum.* Eia age, mandat um per fide, animo ne despondeas, fiducia anchoram ne abijcias: maxima tui gloria res effectum habebit, victor ex Pharaone educes populum meum de potestate ac ferocitate, qua iniuste nimis opprimitur: etenim ero tibi proximus, quinimo tecum ero, atque per hoc tura tibi est victoria, certaque nobilitatis perduratio: qua populum meum sum exaltaturus.

Exed. 3.

VIII: Quis que successore Iosue. loquitur.

Citat Dominus Iosue illique mandat, ut populum suum introducat in terram promissionis, quem ut antesignanus praecedat, nec unquam desistat donec introduxerit illum in terram promissionis: plenum erat hoc laboribus opus: ut ita eius difficultatibus illud cum prosequeretur, quod usque modo in stemmate suo consecutus fuerat, & quamvis negotium esset ita arduum, ut percussa eius difficultate abijceret animum, illum tamen ad illud Deus exhortatur: *Nullus poterit vobis resistere cum diebus vita tua: sicut fui cum Moysi ita ero tecum, non dimittam te ne derelinquam:* confortari, Amen Amen dico tibi, tuis futura est tua fortitudo: ut nulli de populo tuo quisquam se sit oppositurus, nec viribus deceraturus quo tempore vixeris: & hoc tibi compeartum sit quod sicut Moysi socius adhuc indididus, animum vitioque attuli, sic semper tecum futurus sim, nec unquam derelicturus vel a latere meo nec minimo momento sepataturus. Taliter Deus populum suum excepit & qua illum ita promouerat, ut eum haberent adeo sibi vicinum: crevit mirum in modum eorum nobilitas, nec vllus existit populus illi suprema hac nobilitate conferendus, qua Deus illum illustraverat Moysi ipso testante: *Quis gens ita inelytat.* Quis unquam gloriatus est de tanta sua, ut populus Dei, nobilitate? Quod si huius eminentis causam inquiras, haec ea fuit, quod Deus cum illo semper fuerit in progenitoribus eius Abraham, Isaac, & ceteris.

Detraherunt Iudaei primorum potentiam suorum sanctitati, & quo passu ab illa defides desciverunt, Deus eos deleruit: in tantum ut praevidetur ob modum eorum agendi stromacharentur, eosque derelinquere statueret: quam mentis indignationem per Isaiam exposuit: *Populus qui ad concitum iracundiam provocat me, ante faciem meam stetit.* Vera loquor ita me populus hic exultet, ut indignationem meam contra ipsum bitemque commoveat, ita amaram ut illum sum demissurus, eversurus, populumque adscripturum mihi per omnia placentem: *Ecce ego, ecce ego ad gentem qua non invocabat nomen meum.* Oculi eius fuerunt & ad quorum notitiam mei homines verperant: netatio non pervenit: ad statum autem cumulumque donorum ac beneficiorum ascendit adeo sublimem, quo sum illos exaltaturus ut nebras obducturi sint gloriae, quam populus meus assecutus est per illa quibus illum affeci, atque nobilitatis obliuiscerent, quam semper eorum continuatione lucrati sunt. Suscitabo tibi populum novum, & in eum nobilitatem eius transferam, quem haecenus defecit, atque in beneficiis quibus illum cumulo, memoria debetur eorum, quibus illum dignatus fueram, & antiquus destruetur & confundetur, novus autem eminenti ori gloria & stemmate fulgebis illustriori: *Ecce ego creo calos novos: & terram novam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor:* erunt fauores ita praestantes ut fortitan tantam eorum nunquam intellectus cognoverit excellentiam, quantum daturus sum populo quem novum fundavi.

Quid ergo Domine praestare poteris illi populo quem creabis, quod conferatur illi quod populo antiquo praestitisti? Delisti illi duces, qui illum de Agypto saluum eduxit atque de adeo gravi servitute vindicavit, de meteo Pharaone: singularibus eum victorijs illustrasti, virgam dedisti signorum operaticem, legem ipsius exaratum digitis, templum crexisti in quo SS. nomen tuum & coleretur & imocaretur, ceremonias ad insignitiam huius venerationis cultum illi praescriptisti, in terram introduxisti promissionis, terram adeo fertilem: ut hac phrafi fecunditas eius exprimerent: *Manna Iside & melle:* Manna depluisti, aquam de petra in aridissimo deserto produxisti, dum sit exarefecerent, veque illos in primis suis fundatoribus illustrius nobilitates, semper cum illis fuisset: an hi praestantissimi non sunt fauores? Quod & sint, quod d. Domi.



Domine populo tuo nono potes prestare digniores? Apage omnes hi fautores pigritie sunt gigantes conferantur beneficijs quae recepimus, quibus nos super omnem hyperbolem nobilitavit. Illos de tenebris eduxit palpabilibus, sed materialibus Aegypti, a seruitute redimebat illos Pharaonica: nos autem de tenebris peccati spiritualibus, liberans de gravissima seruitute Diaboli. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum. Illos vira honoravit prodigiorum effectrice, illa namque pelagi aperuit aquas, viamque stravit in medio eius latissimam: in terram transirent promissionis nobis crucem concessit, quae caeli portas aperit, tot itinera per aquas Babylonis huius mundi sternens quot sunt status in eo quibus ad terram promissionis gloriae eius perveniamus. Illis legem praescripsit sed timoris, tonitru fulgure ignisque radijs terribilem nobis legem condidit amoris, tantam inter benignitatem tantisque misericordias quibus nos praesentimentos. Illis templum extravit & ceremonias: nobis instituit Sacramenta ex pretioso sanguinis sui torrente profuentia. Illos terrae nos caelorum haereditas adscripsit: illis Angelicum Manna & aquam de petra, nobis autem carnem & sanguinem Dei ministravit: illos illustres reddidit dum primis patentibus eorumque ducibus inseparabiliter adhaesit nec vel momento temporis suo destituit auxilio, quo nobilitas eorum ad summum ascendit verticem: nos autem excessu a deo nobili illustravit, ut nedum assistat in Ecclesia sua, sed insuper ita nobis singularis vicinus adsit in SS. Sacramento ut ipse in nobis maneat & nos in illo: *In me manet & ego in illo.*

litas illi concessa, quodque eius fuerit principium, addit. Neque enim est aut fuit aliquando tam grandis natio, qua habeat Deos appropinquans sibi, sicut Deus noster adest nobis. Nullam unquam ita nationem ut nostram Deus exaltavit, cum nulli hoc quod nobis, contulerit beneficium, nobiscum etenim manens in SS. Sacramento, ita nobis vicinus est & ita in nobis, ut illum recipiamus, & ipse in nobis maneat, nosque in illo: *In me manet & ego in illo.* Quod si rationum dignitas ex eo traxerit originem, quod sibi vicinos haberent Deos suos, nos qui nostrum habemus, verum, infinitum, sapientem & omnipotentem multo viciniorum magisque virtum, quanta erit haec nobilitas: ad quam nos exultit in SS. Sacramento: Mihi persuadeo, quod intellectus ad illam non possit penetrare gloriam, quam praeclearis ita beneficijs assequimur, qualia percipimus de Divina eius manu in SS. Sacramento.

**§. 8. Dare nobis quid amplius non poterat Deus quo nos illustraret, quam illud quod nobis in SS. dedit Sacramento, ita se nobis in eo coniungens ut in unoquoque ipse maneat.**

**I**n me manet & ego in illo. In summo illo bono nobis exhibito in SS. Sacramento, quantum sapio impleta sunt Prophetae desideria, ut nihil illi superstit optandum: quia in dono illo Deo nihil superstit erogandum: *Vinam di. I. sa. 64. 1. rumperet caelos & descenderet: Vinam o Domine ventres iam pridem te expectavimus, licet caelos dirumperet & vinam o Domine illos transverteres ut hoc modo descenderes tuoque descenderet. Qui vas aliquod transvertit omnem in eo mento liquorem effundit: ita orat Propheta caelos a Haer. de Deo transverti, atque effundendo in homines sidera quidquid illis continetur, omnes summo Dei complerem bono letamur illo perfuertes personaliter. Votis annuit Prophetae Deus, caelos aperuit, descendit Divinum Verbum factum homo in Mysterio Incarnationis: & quamvis seipsum effundisset in naturam illam humanam singularem, quam hypostaticae sibi univit, non tamen illos ita transverterat, ut ad unumquemque nostrum accederet illa participatio Divinae eius essentiae in natura humana: idcirco maiori abundantia implere voluit Prophetae desideria in SS. Sacramento,*

XL  
Et g...  
XL  
Qu...  
XLII  
Qu...  
XLIII  
Qu...  
XLIV  
Qu...  
XLV  
Qu...